

CAPUT III.

De Locatione & Conduktionis

SUMMARIÆ.

1. Que sit virtus & effectus hujus contractus locationis.
2. Si res sit evicta vel perempta, ad quid tenetur locator.
3. Si dominus non possit habitari aliquo impedimento, antenatus locator dare aliam dominum conductori & contractum tenetur ad pensionem.
4. Si res detrauenda & frumenta recto non determinata, an sit contractus locationis.
5. An finitæ locatione possit locator expellere consilium locorum.
6. Aut locator possit ex aliqua causa durante locatione, consiliorum expellere.
7. Contractus locationis, an transfeatur ad heredes.
8. Si maritus vel alias legitimis administratorem locat res aut finitæ locatio nō matri, vel administratore, vel finitæ administratione.
9. An contractus locationis transferatur ad emptorem, vel particulariter ad successorem.
10. An his usus successori in bonis confiscatis tenetur, si est contractus locationis gestio per condemnatum.
11. An conductor possit rem sibi locatam alteri locare.
12. An conductor secundus tenetur actione personali pro pensione.
13. Quia tempore debet salvi penso dominus locat, duo vel plures habent dominum, vel fundum communem & unius vult locare, aliis non, cuius contrafutur uileat & teneat.
14. An finitæ contractus inducatur inter partes tacita recordatio.
15. Per quod et ipsi debet quis remanere in domo, ut vi leuat ratiæ secundacura.
16. An tacita recordatio videatur facta cum eiusdem pignoribus & hypothecis, que erant in primo contractu principalis.
17. An, & quando propter sterilitatem, & causam fortuitam sit remisio pensionis, & quoniam sit argumentum propter maximam sterilitatem.
18. An conductor possit renunciare cibis fortuitis, ut licet per eos causeur sterilitas, non excusat à solutio ne pensionis.
19. Conducitor autem possit repetere expensas quas fecit in re.
20. Si conductor finitæ locatione, non restituat rem locatori vel illam restituat deterioratam, an tenetur ad estimationem, vel interesse.
21. Si conductor probat rem esse mortuam, an presumatur mors ex casu, an ex culpa sua.

CONTRACTUS secundus, qui consensu contractatur, est locatio & conduktionis, quando quis rem suam alteri tradit, utendam & frumentam certo prelio, & mercede constituta. Nam talis contractus perficitur & celebratur solo consensu partium, & fit inter easdem personas, & res inter quas sit emptio & venditio, textus est in l. 1. & per totum, ff. de locat. & conduct. textus in l. 1. & per totum, C. de locat. & conduct. textus in cap. 1. & per totum, de locat. & conduct. textus in cap. 1. & per totum, de locat. & conduct.

textus in l. 1. & per totum, titulus 3. 5. part. Pro cuius perfecta declaratione in primis quatuor, quae si virtus, & effectus hujus contractus? Et relativa dico, quod dominus qui locavit, tenetur ad tradendum, & ad patientiam usus & fruitionis praestandum, pertempsa conveniunt, & conductor tenetur ad solutionem pretii, suo debito tempore, & talis dominus si habet facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè ad factum traditionis, scit reperimus in contractu emptiōnis & venditionis, arguente prædictorum iuriū, juncta Glost. ordinaria, & communis opinione, in l. 1. ff. de act. empt. Glost. etiam in §. premium inf. de empt. & vendit. vero non habet facultatem tradendi, quia res est perempta causa fortuito absque sui culpa disolvitur contractus ab ultra parte: nec dominus tenetur ad rem, nec conductor ad pretium, textus est in l. 1. em. queritur, §. 5. exercitus, ff. locat. textus in l. 1. habitatores §. si cod. & tul. textus in l. 1. si fund. & §. fin. cod. tit. Neque oblat textus singularis cum materia, in l. 1. fin. Cod. de peric. & commod. rei vendi. ubi habetur quod perempta re vendi à venditor tenetur ad pretium, & contractus disolvitur, ex parte vendoris tantum, non vero ex parte emptoris: quia respondeo, quod ille contractus est instantaneus, & momentaneus, qui perficitur in ipso instanti, quo de re & prelio conveniunt est, nec habet aliquem tractum successivum, textus est notabilis in l. 1. qui pend. n. vers. car. rum, ff. de action. empt. & ibi notat Paul. & alii Doctores. Glost. ordinaria in l. Pomponius, §. 1. ff. de procurat. glost. in ambent. Sacramenta puberum. Cod. si aduers. vendit. & ibi Doctores. Glost. etiam in l. 1. ab emptione ff. de pass. & ibi communiter Doctores, tenet etiam notabilis Bartol. in l. 1. si quis domin. ff. locat. unde re perempta, venditor liberatur tanquam debitor speciei. Contractus vero locationis est respectivus, & habet tractum successivum, ut pretium praefatur pro uso, & fruitione rei. Unde ea perempta necessariò cessat obligatio ex parte conductoris, & per consequentes solutionis pensionis: in cuius confirmationem facit bene textus in l. 1. in fin. C. de jure empit. Si autem res peteat, vel sit ab alio evicta dolo, vel culpa ipsius locatoris, tenetur ad totale intercessione.

Si vero res sit ab alio evicta sine dolo, nec culpa sua, tenetur ad interest, vel satisfaciens, tradenda ipsi conductori aliam rem, & quæ idoneam. Textus est singularis qui ista omnia membra comprehendit, in l. 1. si quis domin. ff. de locat. & ibi Glost. ordinaria, Bart. Bald. Paul. Salyct. Fulgo. & communiter Doctores. Advertendum tamen, quod illud quod dixi, quod quando res locata est evicta sine dolo & culpâ locatoris, satisfaciens tradendo aliam similem, vel quæ idoneam, procedit & habet locum specialiter in hoc contractu locationis: scit tamen est in contractu venditionis: quia si quis vendat rem alienam, que evicta sit ab aliquo tertio, & venditor offerat emptori aliam rem similem, & quæ bona, non cogitare recipere nec liberatur venditor ab obligatione evictionis, sed omnino tenetur ad interest. Primo quia lege contrarium non caverit. Secundo, quia regula generalis est, quod alius pro alio invito creditor non potest solvi nisi in rebus quæ recipiunt functionem in genere suo, ut in l. 1. & in l. 1. cum quid ff. si cert. petat. & in expresso ita tenet Glost. ordinaria in dicit. l. si quis domin. ff. de locat. in glost. fin.

propositum quantum dicitur, & in hoc differt a venditore. Quam ad hoc notat ibi Bartol. & communiter Doctores, & illam Glost. ad hoc reputat singularem & unicam, Lud Roman. in l. stipulationes non dividuntur, infra isto titulo de verb. obligat. 2. column. n. 8. Et idem est eadem ratione in eo, qui tenetur ex contractu permutationis, commodaci, depositi, vel simili ad rem tradendam, vel restituendam, quæ non satisfaciens offerendo rem, etiam æquæ similem & idoneam. Et si queras, quæ potest esse ratio diversitatis, & specialitatis? Dico quod vera, & mentalis ratio est, quia in contractu venditionis, & similibus, agitur de perpetua alienatione rei, & totali jure ejus transferendo, quod non acquiritur, nec consequitur quis per solutionem pretii, arguente prædictorum iuriū. In contractu vero locationis agitur tantum de uterū & frumentū re, ad tempus, ex quo contractu nullum transit dominium, nec possit, nec ius in re, ut in l. non soler. ff. locat. & in l. rei commoda. si. commoda. & in l. male agitur, Cod. de p. script. 10. & 40. annos cum similibus, & sic agitur de modico præjudicio. Unde faciliter de æquitate per legem concessum est, aliam rem quæ idoneam posse præfari, ut illam rationem aperte voluit textus in dicit. l. si quis domin. in fin. princ. ff. locat. in quantum dicitur, & locator parasit aliam habitationem non minus commoda præfari. Aequissimum esse sit, absolvit locatorum & illam rationem expresse ponit ibi Fulgo. sicut etiam Bartol. relinquat cogitandum. Et idem est in fiducijsore, vel pignore: quia si quis promisit dare certum fiducijsorem, vel pignus, farisfacit dando alium quæ idoneum. Textus est notabilis in l. qui autem. §. 1. ff. de confess. pecun. & ibi notat Glost. ordinaria, Olofred. Bartol. Alberic. Bald. Paul. & communiter Doctores, & per illam textum ita tenet Paul. de Cai. in d. l. si quis domin. ff. locat. tenet etiam Bart. & communiter Doctores, in l. cum debitor. ff. de pign. act.

3. Addit. tamen, quod si res locata non sit tradita conductori, vel dato, quod sit tradita, non possit ita sine dolo & culpa locatoris, sed ex aliquâ causa, & impedimento contingente facta tamen, vel natura, non tenetur dominus ad interest, nec conductor tenetur ad pensionem pro illo tempore. Textus est in l. 1. si fundus quem, ff. locat. textus in l. 1. si una, §. item cum quidam, codem titul. textus in l. 1. item queritur, §. 5. exercitus, codem titul. textus in l. 1. habitatores §. fin. codem titul. textus in l. 1. si merces versi. & vicino, codem titul. & utrobius communiter Doctores, & idem disponit l. 1. tit. 8. 5. part. Ex quo primò infero, quod si conductor recedat a domo propter pessimum, vel aerem corruptum non tenetur solvere pensionem, & in terminis ita tenet Abbas in cap. propter sterilitatem de locat. & conduct. 2. column. n. 8. Iaf. in addit. at Christop. in §. fin. infit. codem titul. Fulgo. in l. 1. cum in plur. ff. locat. Secundò infero, quod si conductor recedat a domo, propter metum malorum spirituum, non tenetur solvere pensionem, ita folius Iaf. in dicit. §. fin. in fine. Tertiò quod si recedat a domo, quia minatur ruinam, non tenetur. Quartò h. infero quod si famulus aliquo tempore sit infirmus, non potest repetere mercedem vel falarium pro illo tempore, ita Bartol. in d. l. si una, §. item cum quidam, ff. de locat. penit. col. Olofrad. Bart. Alber. & alii Doctores antiqui, in l. 1. cum bares, §. Stichus, ff. de statu liber.

Item quarto, an in hoc contractu locationis, & Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. II.

Randor

in d.i. ne cui. C. de locat. & conduct. Secundò adde, quod etiam est speciale in scholaribus: quia etiam præferuntur in re conducta pro eodem pretio, ita probat text. in c. 2. de locat. & conduct. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Et idem disponit l. 5. s. fin. 2. part. Tertiò similes addit quod idem etiam est, quando in aliquo loco sit talis confutatio prælationis, secundum eos.

Item quarto, an locator possit ex aliquâ causa, durante locatione, conductorem expellere. Et resolutivè dico, quod sic, ex quatuor causis à jure expressis. Prima est, quando conductor non solvit pretium locatori. Secunda, quando locator proprii usibus rem habeat tibi necessariam. Tertia, quando reficeret domum maluerit. Quarta, quando conductor in re conductâ male versatus sit. Textus est capitalis, & expressus in l. c. ase: Coa. de locat. & conduct. cujus verba sunt [A]nde quam te conductam habere dicis, si penitentia in solidum domino solvisti, invitum te expelli non oportet, nisi propriis usibus doni in eam necessariam esse probaverit, aut corrigeat domum maluerit ut a male in re locata versatus es] & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bart. Odofred. Petr. de Bellapart. Cyn. Jacob. Bart. Faber. Alber. Bald. Angel. Salicet. & communiter alii Doctores, & idem disponit l. 5. s. fin. 8. 5. part. que est valde notabilis, & ibi Doctores, quod intellige isto modo: nam si conductor conduxit rem pro aliquibus annis, puta 4. 5. & ulterioribus, & non solvat per duos annos, potest expelli Melius dic: aut locatio est facta ad longum tempus, aut pro modico. Primo, casu, si constituta una penitus, erat solvenda singulis annis, & debet cessare per biennium, ut iuribus hic allegatis. Secundo casu quando locatio fuit facta pro modico tempore potest expelli si non solvat tempore debito. Et ita text. n. 4. 1. ad. ubi Gloss. & istam sententiam, & distinctionem ponunt Doctores in d. l. & melius quam alibi, Abbas in d. l. cap. propter singularitatem, column. num. 10. ita determinat. *restitui* l. 1. ad. fedde quo d. l. 5. ejusdem. Ita exprestè disponit, quod si non solvit per unum annum, possit expelli. Unde istam intelligo, quando res eius conducta per duos vel tres annos. Et ista est concordia vera & nec flavia ad illas leges, quia si pro uno anno esset facta conductio, & per annum cessaret, jam iuste communi expelleretur. Et ita sententia, & conclusio probatur etiam de iure communi per textum cum communi opinione, in l. quarto, §. inter locatorem, ff. locat. & in l. cum dominis codem tit. cap. prot. extra eodem tit. Item quando locator propriis usibus rem habeat necessariam, intellige quando post contractum locationis ex aliquo inopinato casu superveniet necessitas, ut si uxori duxit, vel domus in qua habitat, corruit, vel aliqua dignitas supervenit, per quam egeat majori illa, vel alia similis causa superveniat: secùs vero si illamet necessitas erat sibi tempore contractus, quia tunc non potest expelli, argumentum, textus notabilis in l. s. fin. 2. quo d. l. 5. fin. in posse. legit. text. in l. si ad arbitriu, versi. fin. ff. qui farisa. cogim. ex d. l. etate, 5. ex causa, ff. de interrog. action. ibi: & quæ postea emergant auxilio indigent. Et in expreßo ita tenet & declarat Gloss. ordinaria in d. l. ad. C. de locat. & conduct. & ibi communiter Doctores, pro qua sententia & conclusione est textus formalis, & expressus in c. proper. singularitatem. & virum de locat. & conduct. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter

Doctores. Confirmatur & per textum, junctâ d. doctrinâ Pauli, & aliorum Doctorum in l. in omnibus, ff. de judic. ubi habetur quod si debitor in diem, vel sub conditione efficiatur de novo suspectus, potest cogi per creditorem sibi caveri, & satidari cum fideiussoribus, alijs deruditur in carcere. Secus tamen est, si alia causa suspicione erat tempore contractus celebrati: quia tunc non potest peti talis cautio vel saudatio. Textus est in l. si o. r. i. v. fidei p. m. c. e. d. & ibi communiter Doctores, tenet etiam Angel. Paul. & alii Doctores in l. si arbitrio, ff. qui farisa. cogim. Paul. Rub in repet. per vestras de donat. inter vir. & uxor. l. 6. i. r. t. r. formatur ex sententia Bartol. & communiter in l. fin. Cod. de feriis, ubi habetur quod licet creditor possit propriâ autoritate debitorem fugitivum capere, ut in l. ad. prator. l. 1. §. si de jure, ff. de bis que in fratre, cred. tamen debet intelligi, quando effectus est fugitivus post contractum geltum inter partes: secus tamen est, quando ita qualitas & suspicio erat areca. Et addit, quod idem est, si predicta necessitas superveniat filio, vel ascendentis iphus locatoris, qui etiam hoc casu potest conductor expellere. Ita Bald. in d. l. ad. 4. colum. n. 11. Habet tamen, quod predicta debet intelligi in domo conductâ: secus vero in alio fundo ruffico, quia etiam proper necessitatem supervenientem non potest conductor expellere: quia text. in a. l. ad. 2. cum mysterio tantum loquitur in æde, & predio urbano. Item etiam quia predicta, continet privilegium, quod non debet extendi. Item etiam & tertio, quia habita io est pars alimentorum, ut in leg. verbo vid. f. de rebus significat, & ita tener Bald. in d. l. ad. 2. penult. column. in meo.

Item quarto, an, & quando contractus locationis & conductionis, & virtus ejus transeat ad hæres, tam activè, quam passivè? In quo resolutivè dico, quod regulariter semper transit, textus est capitalis & expressus, in leg. v. am. veritatis, Cod. de locat. & conduct. l. 1. ad. Cujus verba sunt: Viam veritatis ignoras, in conductionibus non succedere hæres conductoris, existimas. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores: textus in l. cum plur. §. ha. redem. ff. locat. textus in leg. sed addit, §. qui mulierem ob. bens. ff. c. em. tit. textus & ejus regula generalis, in leg. si padrum. ff. de probat. textus in l. p. institut. de locat. & conduct. & idem disponit l. 2. s. fin. 8. 5. part. Quid extende, etiam taliis contractus consistit in facto, vel articulo, explicando à consulendo, nisi in tale, quod cohæreat persona, & per alium non possit explicari, textus est singularis in leg. & ex ist. Cod. de contrab. & c. coni. s. p. & ibi communis opinio. De quo vide latius & magistraliter infra in contracta pure celebratio in questione illa, an, & quando virtus, & effectus contractus, transeat ad hæres, vel non.

Item quarto si maritus, vel alias legitimus adiutor, locavit res quas administrat, an mortuo, vel administratione finita, contractus locationis virtus, & effectus transeat ad successorem activè & passivè? Et certè articulus est notabilis, & quotidianus, in quo procedam per veras & resolutivas conclusiones. Si prima conclusio, quod si maritus constante matrimonio, locavit aliquam rem donalem, soluto matrimonio uxoris vel hæres ejus tenet stare contractum, & similius ipsa potest compellere conductorem ad observantiam ejus. Quod intellige, non quod praecise teneatur stare contractum, sed cauativè

De Locat. & Conductione. Cap. III. 77

quia si non vult approbare & confirmare, conductor poterit agere contra maritum, ad totale interesse, & idè uxoris vel ejus hæres non potest rem locatam occupare, nisi posita cautione marito vel heredibus de indemnitate, textus est singularis & expressus, qui sic debet intelligi, in leg. si filio famili. a. l. 5. ff. si vir in quinquennium, ff. solut. matr. cujus verba sunt: Si vir in quinquennium locaveris fundum, & post primum feceris annum divortiorum intervenire, Sabios, aut non alia fundum mulier reddi oppotere quan si eav. vir si quid præter unius anni locationem maritus damnatus sit, id à se prestatum iri. Et ita tenet & declarat ibi Bart. Albert. Dyn. Paul. de Castro. Lud. Roman. Alexand. & magis commandant Doctores in leg. divortio, codem. ii. Adde tamen, quod si maritus, vel hæres ejus non petat istam cautionem, ipso iure tenetur uxoris, vel ejus heredes, si nolit stare contractum, ac si cavitet. Ita Paul. & Doctores ibi. Addit tamen, quod Baldus, in d. l. §. si vir in quinquennium, tenet expressè, quod uxoris, vel ejus hæres praecise teneatur stare contractum, factio pro marito, per secundum conclusionem, infra proximan, & cum Bald. tenet ibi Abbas in cap. querelam, ne prelatis vices fuerit. 2. colum. prope finem. Secunda conclusio, quod si tutor, vel curator, vel legitimus administrator locavit aliam rem, mortuo tuore, vel curatore, vel finitam legitimam administrationem, dominus, & successores bonorum, vel ejus hæres tenetur praecise stare contractum locationis, & colonus vel inquinilus habet jus retentionis, per tempus locationis. Ita probat textus in s. tuteff. ff. de administr. tutor. per quem ita tener Bart. in d. l. §. si vir in quinquennium, textus, in leg. emp. p. Cod. de locat. & ibi Doctores, Abbas in d. l. cap. querelam. Nec obstat superior conclusio: quia debet intelligi, quando quis administrat nomine proprio & tanquam dominus, ut est maritus in rebus totalibus: quia tunc uxoris non tenetur praecise stare contractum, sed cauativè, virtute cautionis, ut dixi. Secus vero, quando quis administrat nomine alterius, quia est tutor, curator, vel legitimus administrator: qui successor praecise teneat stare contractum, tanquam si ipsi gestisset. Ex quo infero quod si maritus locaverit res parafamilias, quas uxoris non dedit in dotem, sed tacite per legem est commissa marito earum administratio, juxta textum cum materia, in leg. n. a. i. tit. Cod. de procurator. tali casu uxoris tenetur praecise stare contractum. Tertia conclusio quod si locator non habet plenum dominium, nec plenum ejus administrati nem, ut fructarius fideicommissarius, possessor majoratus, vel simili persona, successor non tenetur praecise stare contractum, nec cauativè, textus est in l. si quis dominum, §. 1. ff. locat. Bartol. & communiter opinio in leg. si filio fam. & si vir in quinquennium, ff. solut. matr. & ibi Bald. & alii Doctores. leg. divortio eodem tit. idem Bald. & communiter Doctores in l. emp. p. Cod. de locat. & conduct. Abbas, & Canonista in can. queretam, ne prelati. vices. &c. * Cujus ratio potest esse, quia ta possessor non vere est dominus, nec procurator vel administrator veri domini: sed tantum habet jus in re o tempore vita sua, & finito vel resoluto iure dantis finitur & spirat, ius recipientis, ut in leg. lex vestigat. ff. de pignor. cum fini. *

Item quarto, an contractus locationis transeat ad empitorem, vel particularē successorem rei, tam activè quam passivè? Et breviter, &

presso ita tenet Bartol. in diēt. l. emptorem, Cod. de locat. & conductiō. & ibi alii Doctores, idem Bartol. in diēt. l. qui fundum, ff. locat. & ibi Bald. Paulus, Salicet, Fulg. & communiter Doctores. Idem Bartol. in diēt. l. 1. §. quod autem, el. 1. ff. de superficie. Alexand. & ibi communiter Moderni in diēt. l. filii familiæ §. si vir in quinquerumff. solut. matrimon. & idem disponit prædicta lex 59. titul. 8. 5. part. Et sic habes duas notabilis limitationes ad prædicta jura & regulam generalem, qua habet, quod emptor, vel particularis successor non tenetur stare consono.

Tertio limita ut procedat, & præterquam si tempore venditionis, vel alienationis fuit expressè conventum, quod colonus vel inquilinus non possit expelli: quia tunc habet ius retentionis & exceptionis contra emptorem, vel particularem successorem, ut non possit expelli. Ita probat textus in diēt. l. emptorem, Cod. de locat. & conductiō. ibi: nisi ea lege emit. & ibi tenet Glosa ordinaria & communiter Doctores. Sed certè dubium videtur: cum ex tali pacto, imo vallato per solemnum stipulationem alteri per alterum non queratur obligatio, ut in l. stipulatio ista, §. alterius, ff. verbis, obligat. cum similibus. Item etiam actio, vel obligatio, etiam emanata respectu rei activè, vel passivè, non sequitur fundi possessorum, ut supra dictum est. Ergo videbatur, quod nulla modo colonus, vel inquilinus posset se juvare ex illo pacto. Sed huic difficultati sola potest dari solutio, quod junctum cum alia actione personali concurrit, ius reali retentionis & detentionis, quam habet in ea, quia sicut in re potest dari, & considerari dominium, & possessio: ita etiam detentio qua afferit maximum commodum, & saltem ius retentionis. Et in hoc confitit verba, subtilis, & mentalis ratio, & qua ponit illa lex fundari, & idem disponit l. 19. titul. 8. 5. part.

Quarto limita præterquam si tempore contractus locationis conductor fecit pactum cum locatori, ut durante tempore locationis non possit rem locatum vendere, donare, vel alienare, & pro observantia & firmitate obligare specialiter illam rem, quia tunc non poterit alienare, nec transferre aliquod ius in emptorem, vel particularem successorem. Quia pactum de non alienando appositum favore ejus, qui habet hypothecam, vel aliquod ius, minime impedit alienationem, virtutem, & effectum ejus: a gumento textus qui est singularis & unicus in l. §. creditor, §. fin. ff. de aſſrat. pignor: per quem in terminis ita tenet Joan. de Imol. in l. qui absent, §. 1. ff. de acquir. possess. & ibi Alexand. 2. column. numero 6. & alii Doctores. Idem Imol. in l. filii familiæ §. Di- vi ff. de legat. 1. 3. column. Alexand. in l. filio familiæ, §. si vir in quinquerumff. solut. matrimon. 2. column. numero 4. Jaf. qui notabiliter loquitur in l. quod C. de rei vend. 7. column. num. 29. ubi etiam dicit, quod ex hoc datur, nova, & singularis limitatione ad diēt. l. quodcumque cum materia; quod si dominus, qui rem vendidit alicui, promisit alii non vendere, & specialiter illam rem ad hoc obligavit, non poterit amplius alteri vendere; & licet vendat & tradat, non transfert dominium nec preferat priori, de quo suo loco dixi in materia

predicta l. quotiens ubi vide.

Item quero an fiscus succedens in bonis confiscatis tenetur stare contractui locationis, gesto per condemnatum? Et breviter, & resolutivè dico, quod si ille fundus, vel res sola locata confiscatur, non tenetur fiscus stare contractui, sed potest colonum, vel inquinilum expellere, tanquam successor particularis rei, argumento textus in diēt. l. emptorem Cod. de locat. & conductiō. cum materia, & in expresso est textus singularis notandus in l. si fundus quem ff. locat. & conductiō. si vero universalia omnia bona publicantur, vel pars quotitativa, præcisè tenetur stare contractui, & non potest expellere colonum, vel inquinilum: quia reputatur universalis heres, & successor, argumento textus in l. 2. Cod. ad l. Jul. de vi public. cum simil. juncto textu in l. vian veritatis, Cod. de locat. & conductiō. & in expresso ita tenet & declarat Bald. in diēt. l. si fundus, quem ff. locat. & conductiō. idem Bald. in l. divisorio ff. solut. matrimon. 3. column. vers. quero de fisco, Alexand. de Imol. in l. §. filiofamil. §. si vir in quinquerumff. eodem titul. 4. column. numero 19. in diēt. l. divisorio 9. column. numero 36. Quod ego novicet intelligere & limitarem, nisi bona confiscarentur ex tali delicto, ex quo ipso iure delinquens per delictum amitteret dominium bonorum, & corum administrationem, quia tunc videatur, quod fiscus non tenetur stare contractui, & licet posset expellere colonum vel inquinilum.

Item quero an ille, qui conductit ab aliquo possit rem alteri locare? Et breviter dico, quod sic, textus est in l. nemo Cod. de locat. & conductiō. Cujus verba sunt: Nemo prohibetur rem, quam conductit, frumentum aliū locare, si nūl aliud convenit, & ibi Glosa ordinaria in l. si ibi l. 2. ff. locat. & conductiō. textus in l. si cui locavero eodem titul. textus in l. cum plures eadem titul. textus in l. si fundus, circa finem, eadem titul. Quod intellige, quando primus conductor locat secundo æquidemone, & ad cundem usum, argumento textus in l. aquifinum §. fin. ff. de usfruct. textus in l. sed & si quis vers. mancipiorum, textus in l. non aliter, ff. de usfr. & habitat. & per ista iura tenet Glosa ordinaria in diēt. l. nemo, Cod. de locat. & conductiō. & ibi Bald. g Secundò intellige, quando primus conductor conductisset ad modicum temporis: secus vero si ad longum, 10. annos, vel perpetuo, quia tunc non poterit alteri locare sine consensu, & voluntate domini, alias privaretur iure suo, argumento textus in l. fin. Cod. de iur. empibet. ita tenet Fulgos. in consil. 2. 43. quod reputat singulari & non alibi. Jaf. in l. 1. Cod. de iur. empibet. 8. column. numero 34. licet corrupti alleget. Sed illud non credo verum: quia locatio non est species alienationis, ut in l. codicillis, §. institut. de legat. 1. Poffet tamen verificari, quando primus conductor ad longum tempus, vel perpetuè locaret alteri, etiam ad longum tempus & perpetuè. Sed adhuc non videtur verum, quia propriè non est contractus emphyteoticus, & est materia penalis, & non extendenda.

Addo tamen singulariter, quod secundus conductor non tenetur actione personali, ad solvendam pensionem ipsi domino, primo locatori: tamen res ipsius secundi conductoris inventæ, & illate in re, vel domo conducta, bene

bene sunt tacite obligatae pro pensione. Unde dominus primus locator rectè potest pro sua pensione agere hypothecaria, & si fortè secundus conductor jam solvisset primo, ab omnibus est liberatus: imo etiam ante tempus solvat. Ita probat textus notabilis in l. solutum §. solutum, ff. de pignor. act. ubi omnino vide Bartol. & Doctores. Nec obstat quod actio hypothecaria non potest esse sine personali, quia licet illud sit regulare tamen fallit in aliquibus casibus, ut in l. 2. Cod. de ius. pignor. Vel aliter & secundò quod in nostro casu est sine personali, quia luctuantur ex primâ actione personali, quâ tenetur primus conductor. Item addo, quod etiam fructus nati in fundo rusticò sunt tacite obligatae ipsi primo locatori. Textus est in l. si in lege §. 1. ff. locat. & ibi Bartol. & communiter Doctores. Imo etiam quod magis est, si secundus conductor solvit primo, & primis non solvit domino, non potest secundus expelli, cum licet & iustè habeat & retineat virtute contractus locationis argumento predictorum iurium, & in terminis ita tenet Bald. in l. adi. Cod. de locat. & conductiō. 3. column. numero 10.

Item quero quo tempore debet solvi pensionis in quo articulo breviter & resolutivè dico, quod si aliquid actum est inter partes illas, servandum est; si autem nihil actum est, standum est consuetudini regionis; si vero de consuetudine non appetat nec constat de iure, debet solvi in fine anni, quia ante locator non implevit contractum ex sua parte, argumento textus in l. Julianus ff. de act. empli. Item: quia in dubio in contractibus, quod minori præjudicii est, favore debitoris servare debemus, argumento textus in l. semper in obscuris ff. de regul. iur. & in l. semper in stipulacionibus, eodem titul. & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Glosa ordinaria in diēt. l. adit. Cod. de locat. & conductiō. & ibi Odoferd. Bartol. Paul. Salicet, & communiter Doctores. Odoferd. in l. si uno §. item cum quidam ff. eodem titul. 2. column. & ibi communiter alii Doctores. Bartol. in l. si servus communis §. fin. de stipulat. servor. penulis. column. numero 5. Innocent & communiter Canonistæ in capite properiter sterilitatem de locat. & conductiō. & idem disponit l. 4. titul. 8. 3. part. Nec obstat textus in l. placute Cod. de collat. fund. patrimonialis ubi habetur quod tribus terminis debet pensioni solvi in anno, quem ad hoc reputat singularem Bald. in l. quidam estimaverunt, ff. si cert. petas. Jafon. in l. 2. Cod. de iure empibet. numero 2. 17. Quia debet intelligi in fundis publicis emphyteoticis, & tributariorum, secundum predictos Doctores, per quos vide rationem. Sed hodie in nostro Regno de communi consuetudine in qualibet re, etiam privata, solvitur pensione tribus terminis, in quolibet anno, que consuetudo forte habuit ortum ab illo textu.

Item addo, quod si dubitetur, an colonas vel inquinilins solverit, vel non, pro annis præteritis, dicendum est, quod si ostenderit per schedules, vel apochas locatorias, solvisse tribus annis retro proximis, præsumitur omnibus alii annis præteritis jam solvisse, nisi per locatorum contrarium probetur h. textus est singularis & unicus in l. quodcumque C. de apocbis publicis, & ad hoc summe notat & commendat Bartol. Platea, & communiter

Doctores & illum texum ad hoc reputat singularem & unicum Bald. in l. 5. C. de dot. s. promis. Jaf. ubi plene loquitur in l. 2. Cod. de iur. empibet. n. 168.

Item quero, si duo vel plures habent do- 14 tnum, fundum, vel rem communem cum alio, & unus eorum vel major pars vult locare, alius non, vel certo modo, & pretio, vel certæ personæ locare, alios vero non, cujus contractus valeat, & teneat, vel cuius voluntas debet attendi, vel quis modus in hoc debet adhiberi? in quo articulo breviter & resolutivè dico, quod ad hoc ut valeat contractus personali, quia luctuantur ex primâ actione personali, & non sufficit consensus majoris partis, vel ejus socii, qui habet maius jus, vel partem in re, quia in his quae sunt communia pluribus, ut singulis, requiriuntur consensus omnium junctim, vel separatis, textus est cum materia in l. per fundum ff. de servitio rustic. pred. in l. fin. ff. commun. predior. cum similibus. Confirmatur, quia quando plures discordant in usu alicujus rei in prejudicium suum, invicem se impe- diunt, argumento textus in l. quotiens, ff. de usfr. textus in l. itineris eodem titul. Nec obstat textus in l. & suum hæredem, §. fin. cum l. sequenti, ff. de paci. quia ibi agitur de actu favorabili, & liberatorio. Nec obstat textus cum materia, in l. quod majorem, ff. de municipio, quia ibi loquitur in his, quae sunt communia pluribus, ut universi. Nec obstat etiam textus in l. huiusmodi, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. fin. Cod. commun. de legat. ubi habetur quod quando plures hæredes, vel socii dissentient, possunt cogi per judicem ad concordiam: quia illud est verum, quando dissentient ad prejudicium tertii non verò ipsorum, secundum Bartolum, & communiter Doctores, ibi: & eundem Bartolum, & Doctores in l. 2. §. ex his ff. de verborum obligat. 2. column.

Unde hoc casu, primus modus erit quod quilibet corusca provocet ad divisionem, argumento textus in l. 1. & per totum, ff. & Cod. commun. divid. textus in l. & per totum C. familia era. c. scunde.

Secundus modus erit, quod dividatur inter eos tempus fruitionis, & sic unus socius habeat sibi rem, vel locet cui velit pro certo tempore, alius vero socius habeat sibi rem, vel locet, pro alio simili tempore, argumento textus in l. & hac distinzione §. cum fundum, ff. locat. in l. aquifinum ff. de usfruct. & ibi Doctores, & argumento textus in l. communis divi- dendo la. 2. §. cum de usfructu ff. communis dia- videndo.

Tertius modus erit, ille quod ille qui vult locare locet totam domum, fundum vel rem, cui velit, alio socio requisito & invitato: quia ille qui est dominus pro parte indivisa, potest licet uti re, vel fundo, ad usum ad quem est destinata, quando pro parte actus, vel usus non potest expediti: quia alias dolo, vel culpa alterius ipse reperitur in maximo damno: & amitteret jus suum. Nec obstat superior doctrina & conclusio, qua habet, quod non potest unus socius sine alio totam rem locare, nec de re communi aliquid disponere, sed requiriunt omnium consensus: quia respondeo; quod debet intelligi ad hoc, ut contractus valeat ad omnium utilitatem & prejudicium, tanquam gestus ab omnibus; sed bene valebit contractus in tota re ad utilitatem & præjudi- ciuum

cium socii locantis , ut ipse solus participet pensionem , vel fructus , & alter socius nihil percipiat utilitatis , vel prejudicij . Et certè ita est singularis & valde necessariae declinatio in materia pro qua sententia , & conclusio facit textus in l. si quis putans §. 1. ff. communis dicitur. textus in l. bares , §. si unus ff. famili. exercit. textus in l. arboris , §. naves , ff. de usfructu . Et in expresso istam sententiam & conclusionem , licet non sic declaratam , tenet Bartol. in l. & hoc disjunctio , §. cum fundum. ff. locat. & ibi Paul. de Cest. & Raph. Fulgos. Baldus, in l. 1. C. qui testamento facit possum column. & quasdam & ibi Angel. & notabiliter Jason. penult. column. n. 25. Idem Bald. in capite cum omnes de consit. e. 4. column. num. 27. & 5. column. num. 23. Salyce. singulariter & melius quam alibi , in l. Julianus 1. Cod. de sacro sancti Eccles. 2. column. in medio. Jason ubi reputat singularem in l. quoniam ff. de fluminib. 30. column. num. 25. & ibi Ripa antependium column. numer. 138 & Socin. in l. si soius ff. si cert. pet. Florian. in l. Sabinius commun. divid. secundum column. in med. Socin. in l. si electione. §. 1. secunda col. ff. de leg. l. Unum tamen est , quod si inter eos est discordia , quia unus vult locare uni persona , alius verò alterius tunc ille præfertur qui vult locare honesta persona , argumento textus in l. non alter ff. usfructu & habitat. Si verò uterque vult locare honeste persona , & discordant in usu rei , quia unus vult locare , alius verò & seminare : tunc iudex debet se interponere pro scandalo & rixā evitanda inter partes , & ne funditus inculcus remaneat , argumento textus in l. aquiflum ff. de usfructu : textus in l. si dubius , versic. final ff. quibus modis usfructu amitt. textus in l. bnsmodi §. finff. de leg. 1. Per que jura ita tenet Angel. in dict. l. 1. Cod. qui testam. fac. pos. 2. column. & ibi alii Doctores. Socin. in dict. l. si socii ff. si cert. pet. Florian. in l. Sabinius ff. commun. divid. Item addo , quod si unus socius vult sibi locare pro iusto pretio , alius verò non vult ei contentire , sed alteri locare ; socius , qui vult rem sibi habere , debet alteri præferri. Primi , quia quando uitur re ad ultum , ad quem est definita , licet facit , ut iuribus superlati allegatis. Secundi , quia hoc eas militari regula juris , que habet , quod tenetur quis facere , quod sibi non nocet , & alteri prædicit. Et ex his rationibus ita tener expressè Socin. in dict. l. 1. si socii ff. si cert. pet. ur. & Florian. in dict. l. Sabinius , ff. commun. divid. Item addo pro complemento hujus articuli , quod si unus socius simpliciter uitur tota re , & percipit fructus , præsente vel absente alio socio , an teneatur communicare partem fructuum , & commoditatem cum eo ? Et breviter & notabiliter dico , quod si talis fundus communis est rusticus , tenetur communicare omnes fructus & commoditatem perceptas : quia tale commodum , & utilitas consistit in re extrinseca , que potest dividiri. Textus est formalis & expressus in l. si quis putans §. 1. ff. commun. divid. & ibi communiter Doctores , textus in l. si communis ades ff. de negot. gest. & ibi communis opinio. Si verò talis fundus communis sit urbanus , puta domus , & unus socius uitur ea , & habitat totam domum pro indiviso , non tenetur partem aliquam penitus , vel utilitatis alteri solvere : quia tale commodum & utilitas non consistit in re ex-

De Locat. & Conductione. Cap. III. 81

prædis rusticis , semel in anno colliguntur fructus , & nulla resultaret utilitas in tali reconductione tacita , si non intelligeretur facta pro toto anno. Sed in domo vel alio prædio urbano , quotidiè veratur utilitas habitationis , & ideo pro illo solo tempore videtur inducta conductio. Ita tenet Glossa ordinaria in dict. §. qui impletio , in gloss. fin. & ibi Odofred. Bartol. Paul. & communiter Doctores. Bald. & Salyce. & communiter Doctores in l. legem Cod. codem titul. & idem disponit l. 20. titul. 8. part. Ex qua singulari ratione primo inferitur quod si est talis fundus rusticus , ex quo non perciperetur fructus nisi de biennio in biennium , vel de quinquennio in quinquennium , in biennium , & quinquennium videatur facta tacita reconductio. Item si esset talis fundus , ex quo bis perciperetur fructus in anno ; non videatur facta reconductio nisi pro diuidio anno ; & sic pro una tantum percipiente fructuum. Item si esset talis fundus ex quo uniformiter perciperentur fructus in qualibet parte anni ; tunc ratione temporis videatur facta conductio , ita Glossa ordinaria & quidem singularis & magistralis in dict. §. qui impletio in gloss. fin. & ibi Bartol. finali column. & communiter Doctores. Bald. in l. legem Cod. cod. titul. & ibi communiter Doctores. Secundum infero quod si esset talis domus , vel fundus urbanus , ex quo non perciperentur fructus uniformiter in qualibet parte anni ut quia semel in anno certo die , vel tempore solent conducti , & postea commode non invenientur conductores , ut communiter fit in nostro regno , quia in quolibet loco , vel civitate communiter conductur domus certo die , vel tempore , ut Sancti Joannis. & Beatae Mariae mensis Augusti , vel Sancti Michaelis vel simili die : quod si inquinibus remansit in re finito tempore conductio , videatur reconducere per totum annum , quia hoc casu videatur semel in anno percipi penitus , cum postea commode non possit locari. Et idem est si uno tempore , & parte anni , in loco , vel in civitate ubi est dominus conducta , sunt mundina , vel alia similia qualitas , per quam major utilitas percipitur , ita noviter , & subtiliter Bartol. in dict. §. qui impletio fin. column. num. 10. Quod summe conducit in practica , ad plura loca hujus Regni.

Quero tamen , quo tempore debet quis remanere in conductione , ut videatur tacite reconducere : Et certè iura non declarant : ideo necesse fari relinquitur judicis arbitrio , argumento textus in l. 1. ff. de iur. deliv. cum similibus & in expresso ita tenet Bartol. in dict. §. qui impletio , final. column. num. 12. Et ideo optimum consilium est , quod illi qui non vult remanere in tacita conductione , protestetur , & declaret voluntatem suam circa tempus furrum , ante finitum contractum , quam faciat alteri parti intimare : quia in his quæ dependent ab animo , suffici protestatio declaratoria voluntatis , argumento textus in l. qui in in iena §. Celsus , ff. de acquirendis hered. & in l. non solum , §. morte ff. de novi oper. nuncias & in terminis ita tenet Bald. in l. 1. §. fin. ff. de eo qui pro rutor , vel curatore papilli negotia gessit. Quod dictum sequitur & reputat singulare Ias. in l. si quis nec causam §. fin. ff. si cert. petat , & probat textus in dict. l. item queritur §. qui impletio ff. locat. ibi : si nihil fuerit contrarium actum. Ex quo resultat , & confirmatur communis prædictus.

Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. II.

L textus

textus in l. novatione Cod. de fidejuss., textus in l. post mortem; §. fin. ff. contra tab. textus in l. si confitante, §. fin. versic. exceptis videlicet his casibus Cod. de don. ante nupt. Ex quibus infero quod si compromissio sit datus fidejussor, & postea stat protogatio inter partes, non censetur fidejussor obligatus, nisi exprelè consentiat in protogatione, textus est formalis & expressus in l. 4. Labo la 2. 5. fin. ff. arbit. quem ad hoc notant & commandant ibi Doctores, & reputat singularem Paul. in l. 4. in fine ff. de domine infect. & ibi Alexand. & alii Doctores. Secundū infero quod si tutor, vel auctor, vel administrator alterius dedit fidejussorem, & finita tutela vel cura administrat bona minoris, non tenetur fidejussor, nisi iterum de novo loberget. Textus est in l. Licius, la 1. §. Paul. ff. de administr. tuor. Cujus verba sunt, Paulus respondit propter ea, qua post puberatum nulla nosificare cogente, sed ea voluntate sua tuor administravit fidejussorem, qui salvam rem fore cavit, non teneri. Tertiū infero, quod si iudex finito officio suo, iterum ex permisso, & prorogatione superioris remansit in eo fidejussor ab eo datus, non tenetur, si iterum de novo non obligatur, & in expresso ita tenet Bald. in d. 1. cum Hermes de locat. & conduct. Quartū infero, quod Castellanus, vel cultos castri vel fortalitii, si finito tempore iterum recipiat novam custodiā ejus, non tenetur fidejussor primi contractus, & conductus. Quintū infero quod si quis promisit de damno infecto pro certo tempore & finito tempore, iterum promittat fidejussor non tenetur. Sextū infero, quod si offensus promisit de non offendendo intra certum tempus pro offensa & iniuria praeterita, & fidejussore dedit & finito tempore offensus iterum promisit, fidejussor non tenetur, sed remanet liberatus, n si de novo iterum intercesserit.

i item i quarto an & quando propter sterilitatem & calam fortuitum fiat remissio pensionis, vel propter maximam abundantiam fiat augmentum? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quod si vi divina vel humana contingat aliquis casus fortuitus in re locata, per quem censetur maxima sterilitas fructuum & intolerabile damnum, fiat remissio pensionis ipsi conductori, ut non tenetur eam solvere. Textus est capitalis & expressus in l. fin. ff. merces §. vis major, ff. locat. & ibi nota & commendat Gloss. ordinaria Olofred, Bartol. & communiter Doctores. Et idem disponit l. 22. titul. 8. 5. part. Cujus ratio potest esse, quia cum ex intentione & voluntate partium, & ex natura contractus pensionem & solvatur in recompensam fructus frumentorum, fructibus non natis, nec perceptis, debet fieri remissio pensionis. Confirmatur, quia actio, vel obligatio personalis, qua debetur respectu rei, tollitur perempta re, textus est in l. 1. in fine, Cod. de juri. emphyteut. textus in l. Tira texiores, §. fin. ff. de legat. 1. textus in l. nave Saupheles, ff. locat. & in terminis istam rationem ponit solus Salyce. in d. 1. sci. liter. Cod. de locat. & conduct. 1. col. 2. op. s. Nec obstat, quod in contractu emptionis & venditionis damnum & periculum rei spectat ad

dico

De Locatione & Conduct. Cap. III. 83

temporem, ut in l. fin. Cod. de peric. & comm. rei vendit. cum similib. Quia ille contractus perficitur in eodem momento, & instanti: contractus vero locationis & conductus habet tractum successivum. Ita notabiliter Paul. de Castro in l. ex conducto §. 1. ff. locat. Idem Paul. & alii Doctores, in §. item cum quidam, ejusdem legis. Dubium tamen est, quae dicatur sterilitas, & intolerabile damnum, ut fiat remissio pensionis? In quo reperio varias, & diversas opiniones: Prima, quod inspiciat vulgi opinio. Ita Gloss. ordinaria post Joan. & antiquos in l. si uno ff. locat. Gloss. ordinaria in l. licet. Cod. eodem titul. & ibi Cyn. & alii Doctores. Secunda, quod dicatur quando deducatur semine, & omni expensa non remanent aliqui fructus, argumento textus in l. fructus, ff. salut. maritim. textus in l. si a domino v. i. patre, §. fin. ff. de petit. bared. textus in l. fundus qui, ff. salut. erit. tenet Bart. in d. 1. si merces, §. vis major, ff. locat. & ante eum Olofred in d. 1. licet Cod. de locat. & conduct. & ibi Alberic. Tertia, quod dicatur, quando habita confidratione ad fructus perceptos ex una parte, & ad mercedem, vel pensionem ex alia, remanet conductor deceptus ultra dimidiam iusti pretii, argumento textus cum materia, in l. 2. Cod. de rei vend. & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Jacob. de Acta in l. li. et Cod. eodem titul. & ibi Bartol. sibi contrarius, dicens quod nonquam illud alibi dixit, & ibi Bart. secund. column. numero 2. & 3. column. numero 11. Idem Bart. in l. in l. ex conducto. §. ubicunque in fin. ff. locat. Paul. in §. 1. ejusdem legis, 3. column. Anton. in dicit. e. propter 2. column. numero 12. & ibi Anch. 4. column. & alii D. eto es; quod extende, ut procedat & habeat locum, etiamque fructus sijam collecti & separati a solo, non tamen reconditi in domo, ut fruges in paleis posita in fundo, vel aera; quia si supervenient ignis, vel alter casus fortuitus, fiat remissio, quia eadem est ratio, & in expresso ita tenet Paul. in l. ex conducto §. 1. ff. locat. & ibi singulariter Fulg. Si vero fructus bene sunt percepti, sed sum parvi valoris, ut frumentum male gravatum, vel vinum fiat acetum, vel quid simile, non sit remissio pensionis, textus est in l. ex conducto §. 1. ibi: si quae tamen via in ipso re oria tur, haec damno coloni esse: veluti si vinum coacerit, aut segetes corrupta sint, & ibi communis opinio, & per illum textum tenet Bartol. in d. §. vis major, secunda column. & ibi Doctores. Et ex predictis dubitabat Bartol. in questione, de facto, si quis conduxit magnam domum, ut ibi habret hospitium, & superveniat guerra, per quam viatores non accedunt, an fiat remissio pensionis? Vide omnino Bartol. & Doctores in l. cum in plures, ff. locat. Anch. in dicit. e. propter 3. column. in fin. Quod tamen limita & intelligi, nisi aliqui praecedentes, vel subsequentes annis sine ita fertiles & abundantes, quod facta compensatione eorum cum anno vel annis sterilibus, non reperiatur conductor in domo, vel huius, textus est notabilis in l. si uno anno, ff. locat. textus in l. licet Cod. cod. titul. textus in l. nave Saupheles, ff. locat. & in terminis istam rationem ponit solus Salyce. in d. 1. sci. liter. Cod. de locat. & conduct. 1. col. 2. op. s. Nihil obstat, quod in contrafactu emptionis & venditionis damnum & periculum rei spectat ad

dico

dico, quod si sterilitas consistit in valore fructuum, quia longè plus valent illo tempore quam alio, tunc non sit augmentum pensionis, sicut non minueretur pensionis propriae vilitatem fructuum & parvi valoris, quia eadem debet esse ratio lucri & danni, argumento textus in l. ex conducto §. 1. ff. locat. Si vero sterilitas consistit non in valore pretii, sed abundantia & incremento fructuum, quia ex maxima bonitate & prosperitate temporis & influenti elementorum, quam plures fructus sunt percepti: tunc debet fieri augmentum pensionis: quod intellige præterquam si industria & diligentia conductoris sunt percepti, ut quia sollicite laboravit, quia tunc non sit augmentum pensionis, ita probat textus in dicit. l. si merces §. vis major. ff. locat. cum similib. supra allegatis, & ibi tenet Gloss. ordinaria Olofred, Bartol. & communiter Doctores, & idem disponit lex 25. titul. 8. 5. part. Ex quo inferatur Bartol. in d. §. vis major. quod si quis conductus Molendinum, & alia vicina sunt destruta impetu aquarum, debet fieri augmentum pensionis. Anch. in dicit. cap. proper. 3. column. numero 16. & ibi alii Doctores. Confirmatur, quia contrarium eadem est disciplina, ut in l. fin. §. fin. ff. de legat. 3. in l. inter stipulat. §. fac. am. de verb. obligat. Item etiam, quia illa debet semire onus, qui sentit commodum, & contra, ut in l. naturam, ff. de reg. iur. Item valet argumentum à portione; textus juncta Gloss. ordinaria & communiter opinione, in l. sufficit. ff. de condit. indebet. textus in l. si plures ff. de vulgaris & paupillar. textus in l. si in testamento eodem titul. & in l. qui liber. §. in fine eodem titul. textus in l. si pater eodem titul. textus in l. cum plures eodem titul. textus in l. quotiens, ff. ad Tielbel. textus in l. 1. Cod. de impuber. & aliis substitut. textus in l. si communis servus in l. ff. de stipulat. servor. textus in l. si ita scriptum §. 1. ff. de hereditibus instituend. & in l. Clemens eodem titul.

19 Item quarto an conductor possit renunciare casibus fortuitis, taliter quod propter eos, & sterilitatem contingentem ratione eorum, non excusat ut solutione pensionis, nec fiat sibi aliqua remissio ejus, & resolutivè dico, quod vallet talis renunciatio, & per consequens non excusat conductor à solutione pensionis. Ita probat textus in l. si quis fundum, ff. locat. Cujus verba sunt: Si quis fundum locaverit ea lege ut, quid vis majoris accidisset, hoc ei praefuerit, si palio standum esse. Textus in l. Item queritur, §. si gemma eodem titul. textus in l. juris gent. §. item si quis patris sit ff. pro patre textus in l. & Arisbon. ff. mand. textus in l. qui fortuitis Cod. de pignor. action. textus in l. licet. Cod. de locat. & conduct. textus in l. negot. ff. de negot. gestis textus in l. si cum venderet, §. fin. cum l. seq. ff. de pign. action. textus in l. quod verba ff. deposit. textus in §. item si cui. Institut. quib. mod. re contrab. oblig. & utroque communiter Doctores, & exempla vide per predicta iura. Ex quibus etiam potest inferri, quod si in re vel in domo conducta vicinus, & vel quilibet alius fecerit aliquod opus vel edificium, & non certioravit dominum, & sic locatorum, ut nuntiaret novum opus, vel alii provideret, vel si dominus vicini minabatur ruinam, & petit cautionem danni infecti, vel dominum non certioravit, tenetur sibi interesse actions locati, ita probat textus in dicit. l. videamus, §. item proficere debet, ff. locat. & ibi communiter Doctores, & tenet notabiliter Paul. in l. 3. §. ego, ff. de novi oper. nunciat. idem Paul. & Doctores in l. de popl. §. nunciationem, eodem titul. Idem Paul. in l. si quis sitas, ff. de dam. infecti.

Item infertur, quod si conductor fundem r. 2. scilicet

sicum ita extirpavit, quod fructus annorum sequentium minuantur, tenetur domino ad intēsē, ita probat textus notabilis in l. & bac dis̄tinlio, §. 1. ff. locat. facit etiam textus in l. si meret. §. conductor, eodem titul. textus, Glossa ordinaria, Bartol. & Doctores in l. penult. de usfruct. legat.

Quarto tamen pro perfecta declaratione, si conductor probet rem peremptam, vel mortuam, an praefumatur mors sequuta ex casu, an verē culpa sua, quod est valde contingibile, & quotidianum in ipsis animalibus conditum; In quo breviter dico, quod semper presumitur mors sequuta casu, qui providerit non potuit, nisi probetur, quod intervenit aliqua culpa conductoris, ut quia major pondus ei imponit, quam expediter, vel ad alium usum rem applicavit, vel in itinere alterius fatigavit, & labore coegit, & in expreso istam doctrinam & resolutionem probat textus notabilis in l. qd. infra, ff. locat. & ibi Glossa ordinaria, Odofred. Bartol. Bald. Salycet. Paul. Fulgo. & communiter Doctores, textus valde notabilis & in fortioribus terminis, in l. fin. ff. commodat. ubi idem est in contractu commodati, qui sit gratis, tantum gratia recipientis, & ibi notat & commendant communiter Doctores. Confirmatur: quia illi qui dolum, vel culpam allegat, debet probare, textus est in l. quodam, §. qui dicitur Cod. de probat. textus in l. dolum, Cod. de dol. mal. cum similibus.

Item n̄ quia ille, qui fundat intentionem suam in aliqua qualitate, tenetur eam probare, textus est in l. hoc jure utimur, ff. de verb. ob. trudit planè Bartol. & Doctores in l. illa stipulatione, si Calendis, eadem titulo, & ita multoies consulsi & judicavi.

* Et similiter ex hoc defendebam mulierem pauperem incarcerationem, qua erat nutrit cuiusdam infantis quem recepit à propria matre & cum pretio iufo lactabat, & quadam nocte in lecto repertus fuit mortuus, & accusabatur à matre & petebatur infans, & ipsam defendebam, quia mortuus fuit casu & non presumitur dolus nec culpa, nisi ex adverso contra eam probetur. *

Advertisendum tamen quod contra superiorem doctrinam & conclusionem facit textus notabilis in l. si quis fundum, §. Imper. ff. locat. ubi habetur, quod conductor ovium, caprarum, vel animalium, si dicat & alterat, ea perire morte, vel furto esse subtracta, tenetur probare causam fine culpa sua contingit, alias non liberatur, nec excusat à restitutione, & ad hoc notat. Gloss. secundum unum intellectum Bartol. & communiter Doctores textus in l. si quis ex argenteris, §. Prator ait, in fin. ff. de edend. ubi probat, quod Tabellio vel Notarius tenetur dare instrumentum, vel protocollum coram celebratum nisi probet fine culpa sua peremptum, vel combustum, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria Bartol. & communiter Doctores, textus in l. fin. ff. de custod. reor. ubi habetur, quod custos carcerum tenetur probare mortem, vel fugam delinquentis fine culpa sua eveniente. Sed huius difficultatis respondeo notanter sequentibus modis. Primo modo, quod indistincte sufficiat quod conductor probet casum mortis vel interesse: nisi dominus, & sic locator probet ejus dolum, vel culpam: quia eo ipso, quod probatur mors, vel casus ibi tacit.

* Adde quod si talis conductor ostendit schedulam vel apocham qua probetur solvisse per tres annos proxime continuos videtur omnibus aliis

alii retro solvisse, ita pono is leg. 68. Tarsi, & est textus in leg. quicunque Cod. de apobit publico.

ANNOTATIONES.

a Tidem s̄ in fiducijs.] Addit. Jaf. conf. 41. numero 2. lib. 3. Ripam. num. 23. Alciat. num. 17. in b. 2. §. mut. 2. tū datio, ff. si cer. pet. late & eleganter hac de re agente doct. Pinel. in l. 2. part. cap. 1. numero 23. Cod. de rescind. vend. Et intellige fecut futurum ubi feme vel fidejunctio datus sit, vel pignus confiteutum proponatur, ut observo in recept. sentent. thesaur. vers. fiducijs. & pignus, quamvis in ea relata faciunt, Dec. in leg. plus cautionis, numero 3. ff. de reg. jor. & in leg. si pater. numero 2. Cod. de collas. Hippol. in rub. 213. ff. de verb. oblig.

b Non potest petere.] Addit. Panorm. in cap. 1. numero 6. de cler. Carr. agro. & Cagnol numero 17. Bolognet. numero 3. 7. in §. defensio, ff. de offic. aſſes. & vide etiam in recept. sentent. thesaur. verbi familius numero 48.

c L. ade. Cod. de locat.] Intellige tamē legem hanc non proceduram scholaribus, qui, etiā dominus ades suis ubi necessariis velit ducere, non expellent, ut affirmat Rip. in l. 1. numero ultim. ff. si. matr. Bologn. in Aut. habita ad fin. Cod. ne filius pro patre. Vidēndus Reb. de prizileg. 7. Itē limita, atque intellige hujus legis decisionem non proceduram, cū conductorius ad eam aliquod habuerit, juxta complutes, quos laudo in recept. sentent. thesaur. verbi conductor, numero 210. vel a filio conductoris, ut etiam late observo, dil. verbi conductor numero 12. Deinde intellige, quod ubi dominus ades instauraverit, cogetur ruris conductorii illarum solum librum concedere, ut est Gloss. singularis in l. fin. 5. cum iniquis, in verbis, dominum punito textu, si usi possidet, quem ad hoc extollunt Roman. singul. 23. & complures relati ab Hippol. in numero 23. C. de rap. virg.

d Confirmatur per text. Vide de hoc textu, & ejus materia, lib. 12. §. Imper. numero 34. & Crat. 6 numero 5. in l. 2. ff. sol. utramq. Eudem Alexand. in l. si finita §. eleganter, numero 15. cum sequentibus si. domino finit. Aut. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. numero 20. ad fin. Cod. de rescind. vend. Stracham de mercat. part. 2. 32. cum praecessentibus.

e Ex quo inferitur, quod si conductor.] Addit. Grat. conf. 95. numero 12. lib. 1. Joan. de Amic. conf. 113. Didac. à Covarruv. lib. 2. resolut. cap. 15. n. 13. 1. Anton. de Fano de pignor. 2. part. memb. 2. num. 7. Neguzant. de pignor. etiam 2. part. col. 3. quos vide.

f Secundo inferitur, quod si colonus.] Videtur omnino hac de re doct. Pinel. & dilig. Pinel. Regalium, vel publicorum, vel civitatis. Quid si res tradatur fruenda absque pretio, & de familiis servientibus fin. eo.

g Secundo intellige, quando primus.] Hac secunda limita, si nō falsa & manis erit non solus ob rationes nostri G. mezi, sed, si verissimam Pinelli supra proxime allegari sententiam sequatur, nonlaque propter differentiam in t. & conditionem ad longum & modicum tempus constitui debet afferimus, quod ante Conon. & Pinell. qui illum laudat, sensib[us] videtur fabritissimum Cumano, in l. codicis 6. instituto, numero 10, post prim. & ad medium, ff. de legat. lib. 2. & in l. si filio familiar. l. 1. §. vir in quinquaginta numero 1. ff. sol. matr. Fulg. in l. ex hoc vere, num. 7. ff. de just. & pr.

h Text. eſi singularis & hic.] Celebrant etiam hunc text. Bald. in cap. littera. iſcī, de dilat. Clement. sing. 8. 15. Gig. de pension. quāſi. 8. Dec. num. 5. Alciat. in l. si cerit anni C. de fiducijs. Guliel. in capite Regnul. verbi. si oblige liberis, num. 1. num. 15. cum sequenti. de refam. noster Gomezii etiam in l. 68. numero 5. ac Pet. Dueñas reg. 54.

i Item quo an. & quando.] Videtur haec de questione, 2. Corn. conf. 128. numero 26. lib. 2. Paſſil. conf. 88. num. 23. lib. 1.

Socin. Nep. conf. 88. numero 9. libro 2. Arium Pinelum in l. 2. part. capit. 3. num. 12. C. de rescind. vend. & quæ etiam observo in recept. sentent. thesaur. vers. conductore numero 219. cum seq. & vers. serilitas.

Item quo, quidē contra.] Hac de re perlegito Socin. Jun. conf. 68. num. 6. & 10. lib. 2. & omno virum do- 18 ḡisimum & dilig. Pinelum Arium Pinelum, in l. 2. 18 part. 3. numero 54. & seq. C. de rescind. vend. & quæ literis breviter exarati in recept. sentent. thesaur. ver. conductore numero 211.

Et sequitur & valde commendat.] Addit. Alex. conf. 4. in lib. 7. lib. 5. quem cum aliis in recept. sent. thesaur. 200 vñ conductor. num. 108. relatum habes.

Item quia ille, qui fundat,] Addit. Cart. Jun. con. 124. n. 14. Add. Suarez in lege regni tit. de las arras, fol. 28. n. And. Tiraq. de retraci. lega. §. 1. gliff. 1. num. 94. Did. à 122 Covar. lib. 2. resolut. c. 6. num. 3. & alios quos copiose laudo. recept. sentent. thesaur. verbi intentionis, n. 234.

Gloss. fin. in §. fin.] Celebrant & extollunt ad idem hanc Gloss. etiam Alex. in l. dicens ff. de leg. lib. 1. Ferrer. 0. em. 16. Porc. & Bellon. in hanc. eund. §. ult. ac latè Did. 22 à Covarruv. de spons. 2. part. 6. §. 8. num. 14.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

1. Doctores materiam explicantes referantur.
2. De virtute, & effectu hujus contracti. & an liberetur locator re perempta abque ejus culpa.
3. Tempus conventionis non possit restaurari anno sequenti.
4. Re evita; vel perempta, ad quid tenetur locator, & an adimplat dando aliam rem aqua idoneam 2. & de locatione rei aliena. Fideiūssorem certum dare promittens, an faciat faciendo aliam aqua idoneum.
5. Qui si dominus non possit habitari propter p̄tem, vel malos spiritus, vel ob alium causam.
6. Ad quid tenetur locator, si conductor non possit ut re conductua.
7. De famulo infirmo, an consequatur salarium; & an possit posse implere tempus quo deficit?
8. An requiriatur quod premium locationis sit in pecunia numerata.
9. De conductoribus reddituum Regalium, vel publicorum, vel civitatis.
10. Quid si res tradatur fruenda absque pretio, & de familiis servientibus fin. eo.
11. Quid in famulo consanguineo serviente sine pretio.
12. Salarium non debetur minori decem annorum cum aliquid.
13. An finita locatione antiquus conductor preferatur alteri de novo conducere volenti.
14. Quid in conductore reddituum Regalium.
15. Quid in scholaribus,
16. Locator ac p̄fū conductorē expellere durante locatione ob non solatam pensionem.
17. Quid si domo conducta egat Dominus, & quid in aliis rebus.
18. Quid de abutente re conductua.
19. Causa ceſante an redintegrētū contractū.
20. Conductor habens meretrices an expellatur, & etiam Dominus, & an expellatur, & ab eo maleam iuris domum exortamis.
21. An p̄fecte locans dominum meretrices, vel usus.